FLOS PRAESULUM

QUIDQUID AGAS, GIBERTE,

MAIORUM TUORUM GLORIAM MULTIPLICEM FACIES, NON MAIOREM.
INNOVARE POTES ANTIQUA DECORA, NOVA DARE NON POTES.
IN MAIORIBUS TUIS IPSA ETIAM NOMINA MAXIMA SUNT
NEC SOLUS IN IIS EST MAXTMUS,

QUI TANTAE CAPACITATEM VOCIS, FACTIS IMPLERIT.
PRIMVS HIC INTER TUOS ANTISTES, INTER PATAVINOS SECUADUS
IN ALIORUM PUGNIS EXPLICANS SUAS,
QUOS AD FIDEM ACCENDERAT LAUDAVIT EXTINCTOS.
NON IDEO DE ALIIS SCRIBENS, QUOD DE SEALII SCRIBERE MAIORA NON POSSENT
IRATUS NOBILITATI SUAE, QUAE SIBI FACERET MITIOREM TYRANNUM,
CUM NON HABERENT SUPPLICIA, QUID IN ILLO PUNIRENT,
ET IPSE HABERET IN SUPPLICIIS, QUOD AMARET
OBIIT, OB HOC UNUM QUOD NON COGEBATUR, INVITUS.
DIGNUS QUI REVIVISCAT IN *G I B E R T O*,
QUEM VEL IPSA BARBARIES AETERNUM VIVERE VOLUISSET

Caesar Besutius Acad. Anim.